1110199

DOMINICI CARAVITAE

EMERITI SENATORIS

(12

ELOGIUM.

EDITIO SECUNDA.



NEAPOLI)(ANNO MDCCLXXI.

Apud Longobardum.

Digitized by Google

Digitized by Google

DOMINICI CARAVITAE

EMERITI SENATORIS

ELOGIUM.

EDITIO SECUNDA.



NEAPOLI)(ANNO MDCCLXXI.

Apud Longobardum.

Digitized by Google



Digitized by Google

21.10199

DOMINICI CARAVITAE

EMERITI SENATORIS

E L O G I U M.

EDITIO SECUNDA.

12



NEAPOLI)(ANNO MDCCLXXI.

Apud Longobardum.

Digitized by Google



Digitized by Google

DOMINICI CARAVITAE

EMERITI SENATORIS

ELOGIUM.

EDITIO SECUNDA.



NEAPOLI)(ANNO MDCCLXXI.

Apud Longobardum.

Digitized by Google

PLATO IN MENEXENO

FICINO INTERPRETE.

Homini ſuos dedecoranti non eſt vivendum; ei namque neque in vita, neque poſt mortem amicum aliquem eſſe, vel hominum, vel Deorum.

Digitized by Google

MARCHIONI

BALTHASARI CITO

SACRI REG. CONSILII NEAPOLITANI
PRAESIDI

REGALIS CAMERAE S. CLARAE PRAEFECTO
VIRO SAPIENTISSIMO

VINCENTIUS ARIANUS.

DOMINICI CARAVITAE, Senatoris gravissimi fatum universae Urbi triste fuit, quae Honestatis Asylum, Juventutis Parentem, ac Fori lumen amisit. Nulli autem flebilior occidit ille Senex, quam mihi, non ejus fortunae, sed virtutis amatori, qui suas Aedes a prima adolescentia frequens colere solebam, ut bonis ad forense studium praeceptis, consiliisque formarer. Ad luctum itaque minuendum, illico e Paterni Museoli latebris eduxi libellum *Severini Boetii*, de Consolatione Philosophiae; quo inter placita *Socratis*, *Platonis*, *Plutarchi*, *Senecae*, aliorumque a Veteribus tradita, animum saepe jacentem erigere consuevi: hinc Ethicae lectionis ope, novum hominem induens, optimi Viri Elogium conscripsi, mole quidem exiguum, sed argumenti dignitate satis praeclarum. Hoc vero auctarii loco sit Commentarii de Claris Jureconsultis Neapolitanis, quem superiore anno exemplo *M. Tullii* edoctus, Publico donavi (1). Mentis praestantiam, animi robur, Vitam denique humano Generi valde caram nati-

[1] M. Tull. *in lib. de Clar. Orat. qui dicitur* Brutus.

nativis coloribus pingere malui, non oratoriis calamistris, quae minime Historicum deceant, ornare. Utinam vero haec pagina Defunctum exhiberet, qualem Natura perbelle ad imitandum effinxit! Sed utcumque cesserit Praeconium, ad Te nunc mitto, Marchio BALTHASAR CITE, obsequii testem, atque doloris: ad Te, qui Amicum non prosecutus ignavo questu, jacturam communem reparas, cum Te illi similem innocentia, morumque integritate nobis ostendas. Tu adeuntibus facilis, comis, urbanus, juvenilia foves ingenia: Tu Patriae consulis decori, Tu Sapientes laudas, qui cum laude vixerunt: Tu virtutis, ac Togae studes immortalitati. Infixum tuo pectori semper manet dulcis amicitiae nomen; immortalis quippe est Doctorum amor, nec loci, vel temporis intervallo, aut morte extinguitur. Laudem dant homines, ajebat *Verulamius*: nihil vero laude majus putandum, vel honestius in societate, quidquid obganniant Semidocti, verba *Taciti* male torquentes, qui Assentatores Aulicos, non rite laudantium genus, jure inimicorum pessimum appellavit (1): Deus tribuit felicitatem Justis, qui humanae securitati, ac Civium quieti operam navarunt. Litterae praeterea sunt unica custodia fidelis memoriae rerum gestarum: immo (si Livio fides habenda) *Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumenta intueri, unde tibi tuaeque Reipublicae quod imitere capias: unde foedum inceptu, foedum exitu quod vites* [2]. Ille interea e sempiternis Sedibus nostra haec amoris extrema officia (si quid est apud manes oblectaneum) hilari vultu excipiet: Tu meam erga Te observantiam aequi bonique consules. Vale.

Dabam III. Non. Novembr. 1770.

DO-

(1) Corn. Tacit. *in Agricola*.
[2] Liv. *in Procem. Histor. lib.* 1.

DOMINICO CARAVITAE

NICOLAI VIRI CONSVLTISSIMI AC LITTERARVM
ANTEACTO SAECVLO FAVTORIS FILIO
QVI SORTITO SAPIENS
IN PATRICIA DOMO LIBERALITER EDVCATVS
VETERI SCIENTIA CVM LACTE ENVTRITVS.
SVB PHILOSOPHIS ET MATHEMATICIS
AD SEVERIORES MVSAS
ATQVE POLITICA STUDIA
SOCRATICA INSTITVTIONE MANVDVCTVS
REIPVBLICAE COMMODIS DIV. CONSVLVIT
AC PRIMO INTER CAVSARVM PATRONOS
INVIDIA MAIOR
PRINCIPEM LOCVM TENVIT
ILLUSTRI DEINDE EXEMPLO
FORMAVIT ALUMNOS
QVOTQVOT E SVO LVDO
VELVTI E CIVITATIS NOSTRAE ATHENEO
PRODIERVNT
IMMO AD FORENSEM GLORIAM CIVILEMQVE
FORTVNAM EREXIT

PO-

POSTEA TOGATVS IN CAMERA
RATIONVM SVMMARVM
LEGVM CVSTOS AEQVITATIS AMATOR
CAROLO BORBONIO
VTRIVSQVE SICILIAE REGI PROVIDENTISSIMO
NVNC HISPANIARVM NOVIQ. ORBIS
MONARCHAE DEVOTVS PLACVIT
BERNARDO TANVSIO ITALIAE LVMINI
MAGNO RERVM ADMINISTRO
IN DELICIIS FVIT
STOICORVM RIDENS DELIRAMENTA
AD OMNIA BENEFICENTIAE
ATQVE HVMANITATIS OFFICIA
ITA FVIT PRONVS
VT SEDVLVM NVMINIS CVLTOREM
VERVM HOMINIS AMICVM
BONVMQVE CIVEM
PRAEDICAVERINT VNIVERSI
ORDINI EQVESTRI AC SENATORIO
APPRIME CARVS
SANCTA AMICITIAE FOEDERA

NVM-

Digitized by Google

NVMQVAM RVPIT
INTEGRAM FIDEM ET AEQVAM REBVS IN ARDVIS
MENTEM SERVAVIT
VIR FRVGI SORTIS DONA SPREVIT
BENE PARTAS OPES SVAE GENTI
RELIQVIT
NON AD LVXVM VEL INANEM SVPERBIAM
SED POTIVS AD SOLIDAE VIRTVTIS INCITAMENTA
DENIQVE A MAGISTRATVS SIVE COMMERCII CVRIAE
PRAEFECTVRA VLTRO SECEDENS
NOSTRI TEMPORIS ATTICVS
INTER OTIA RVRIS
QVAE IN SVBVRBANA VILLA HERCVLANENSI
TAMQVAM EXTREMA SOLATIA
SENESCENTI SIBI PARAVERAT
ET VBI TVM INGENIO LOCI
TVM AERIS SALVBRITATE DELINITVS
AD CENTESIMVM VSQVE AETATIS ANNVM
VIXERAT SINE IRA
SVPREMVM DIEM CLAVDERE VOLVIT
MORTEM VERO SVBIVIT

NO-

NONO KAL. NOVEMBRIS
EA CORPORIS ANIMIQVE
INNOCENTI TRANQVILLITATE
VT NON FATO OCCVBVISSE
SED DVLCI SOMNO LVMINA INCLINASSE
VISVS FVERIT
JOSEPHUS CARAVITA
TVRICTI DVX
PHILIPPI REGII CONSILIARII F.
EX ASSE HERES
IN AVGVSTISSIMO REGNI CONSILIO
MAIESTATIS PATRONVS
CVM LACRYMIS AC TRISTI DESIDERIO
MONVMENTVM PONIT PATRVO SVO
DE LITTERIS DE JVRISPRVDENTIA DE PATRIA
BENEMERENTISSIMO



Opusculum hoc prostat venale una cum Commentario de Clar. J. C. Neap. in Bibliotheca Dominici, *ac filiorum* Terres.

ANT 1410199

NONO KAL. NOVEMBRIS
EA CORPORIS ANIMIQVE
INNOCENTI TRANQVILLITATE
VT NON FATO OCCVBVISSE
SED DVLCI SOMNO LVMINA INCLINASSE
VISVS FVERIT
JOSEPHUS CARAVITA
TVRICTI DVX
PHILIPPI REGII CONSILIARII F.
EX ASSE HERES
IN AVGVSTISSIMO REGNI CONSILIO
MAIESTATIS PATRONVS
CVM LACRYMIS AC TRISTI DESIDERIO
MONVMENTVM PONIT PATRVO SVO
DE LITTERIS DE JVRISPRVDENTIA DE PATRIA
BENEMERENTISSIMO



Opusculum hoc prostat venale una cum Commentario de Clar. J. C. Neap. in Bibliotheca Dominici, *ac filiorum* Terres.

ANT 1410199

NONO KAL. NOVEMBRIS
EA CORPORIS ANIMIQVE
INNOCENTI TRANQVILLITATE
VT NON FATO OCCVBVISSE
SED DVLCI SOMNO LVMINA INCLINASSE
VISVS FVERIT
JOSEPHUS CARAVITA
TVRICTI DVX
PHILIPPI REGII CONSILIARII F.
EX ASSE HERES
IN AVGVSTISSIMO REGNI CONSILIO
MAIESTATIS PATRONVS
CVM LACRYMIS AC TRISTI DESIDERIO
MONVMENTVM PONIT PATRVO SVO
DE LITTERIS DE JVRISPRVDENTIA DE PATRIA
BENEMERENTISSIMO



Opusculum hoc prostat venale una cum Commentario de Clar. J. C. Neap. in Bibliotheca Dominici, *ac filiorum* Terres.

ANT 1410199

NONO KAL. NOVEMBRIS
EA CORPORIS ANIMIQVE
INNOCENTI TRANQVILLITATE
VT NON FATO OCCVBVISSE
SED DVLCI SOMNO LVMINA INCLINASSE
VISVS FVERIT
JOSEPHUS CARAVITA
TVRICTI DVX
PHILIPPI REGII CONSILIARII F.
EX ASSE HERES
IN AVGVSTISSIMO REGNI CONSILIO
MAIESTATIS PATRONVS
CVM LACRYMIS AC TRISTI DESIDERIO
MONVMENTVM PONIT PATRVO SVO
DE LITTERIS DE JVRISPRVDENTIA DE PATRIA
BENEMERENTISSIMO



Opusculum hoc prostat venale una cum Commentario de Clar. J. C. Neap. in Bibliotheca Dominici, *ac filiorum* Terres.

ANT 1410199

Digitized by Google